

Universitätsbibliothek Paderborn

**Res Gestae Illvstrissimo-||rvm Martyrvm, Con-||fessorvm
Atqve Sancta-||rvm Virginvm ...**

Eorvm Praecipve, Qvae Per|| R. P. L. Surium sex Tomis comprehensae
sunt:|| et nunc restrictis verborum ambagibus ... ad ... D.|| Caesaris
Baronii Chronogiam|| digestae ac in quatuor Tomos distributae

Lippeloo, Zacharias

Coloniae, 1595

VD16 ZV 18288

13

[urn:nbn:de:hbz:466:1-43699](#)

Hæc aliaque suauissima sanè consolationis verba vir sanctus cùm dixisset: Ecce, inquit, Paphnuti Pater, hodie corporis huius erga stulos à Domino vocor: a statim insitæ pietatis & admiranda religionis documenta præbens placidissimè corporeis vinculis solutus, in cælum Angelorum comitatus obsequio, qui suauissimo cantu eum prosequebantur, immigravit.

MARTYRIVM S. AQVILINÆ VIRGINIS. ex ea que est apud Metaphraſten.

Iunij 13.

A N vrbe Palestinae regionis, quæ Biblos dicebatur, inter alios insigni pietate viros, qui ab ipsius Apostolis Christi cognitione imbuti fuerant, Entelmius sacro matrimonij vinculo alligatus, Aquilinam genuit, pueram egregijs sanè Christianæ virtutis tropheis inclytam. Cùm enim Volusianus, Diocletiani Imperatoris anno septimo, prouincia Palestinae administrationem accepisset, homo nefarius, ut terreni Imperatoris oculis placeret, eiusque animum grato obsequio sibi deuinciret, inaudita quadam tyrânide omnes pietatis cultores persecutus est. Cumque multi admiranda animi fortitudine certamina maxima sustinerent, Aquilina nullo modo Christianæ pietati pro sua parte defuit; sed quotidie, quascunque poterat virgines & matronas, ad suum colloquium pertrahebat: eisque & Christianæ religionis præstantiam & impium idolorum cultum ardenter sanè exponebat. Hæc cùm forte Nicodemus quidam audiret, statim ad Proconsulem detulit, Aquilinam, spredo Imperatorum edicto, Christianam religionem collere, & diabolica fraude multas virgines matrone.

A quilinæ
patriæ pa-
xentes.

V olusianus
erudelis Pa-
lestinae Pra-
fectus.

A quilina
fæminas
piè prouo-
cat ad fidé.

nasque à deorum cultu auertere.

Hac accusatione auditâ Proconsul Volusianus, Aquilina ^{5.}
suo eam tribunali fisti iussit. Annum tunc agebat ^{fuit Vol-}
virgo sanctissima duodecimum, et atque pulchri-
tudine eximia, & specie adeò liberali, ut Procon-
sul multis blanditijs eam frangere cuperet, ne ma-
gno animi sui dolore, tam teneram tamque precla-
ram virginem carnificum manibus expadere cogere-
tur. At illa cùm Proconsuli assisteret, eiusq; blan-
ditias & amplissima promissa audiret, animo pla-
nè virili respondit: Nolo vt me misericordia pro- ^{Constantia}
sequaris: nam ea, quæ à te misericordia estimatur,
maiori me damno afficiet: quare peto vt ferocem
te ostendas & sauitiam in me maximam expromas;
quo cognoscas vires nostras Christi sanguine ro-
boratas, nullis supplicijs frangi posse.

Hæc cùm Volusianus puellam dicentem audi-
isset, iussit carnifices colaphis eam cädere, & in- ^{Colaphis}
sultans, ait: Vide, Aquilina, num istæ tormentorum cäditur.
primitiæ tibi suaves & incundæ videantur. Ad hæc
Aquilina: Tu quidem, tyranne, non veritus es Dei
imaginem colaphis födare; sed nec tibi Deus in
die iudicij parcer. Proconsul vt conceptum animi
sui furorem expromeret, iussit eam à duobus car-
nificibus distentam acriter verberari. At Christi
martyr in eo supplicio exultans, tyranni cruciatus
contemnebat. Volusianus autem aures eius ignitis
subulis perforari, ac cerebrum ipsum carenti fer-
re exuri iussit. Eo cruciatus virgo sancta aliquam- ^{Candentibus}
dù fatigata, tandem concidit, & oppressis, præ subulis per-
dolore, sensibus, instar mortuæ iacuit. Proconsul
taque ratus eam vitali spiritu deflitutam, cor-
pus eius canibus ac volucribus projici iussit. Cùm
vero Aquilina totum diem tanquam exanimis in
via.

via, ludibrium vulgi, proiecta iacuisset, ecce nocte
Ab Angelo concubia, Angelus Domini eam erexit, & integra
sanatur. sanitatem cum admirabili decore restituta, ad portam
urbis perduxit: qua statim patefacta, Vade, in-
quit, ad Volusianum, eiusque insaniam constanter
redargue.

Juit illa, & Proconsulem his verbis affata est:
Non dum, ô tyranne, Christi potentiam agnosces?
Etsi enim cordis lumine à patre tuo diabolo priu-
tus es, at corporeis saltem oculis crede. Ego sum
Aquilina, quæ hic incolumis, ut vides, assisto. Pro-
consul ingēti stupore oppressus animum in omnes
partes tacitus versabat. Tandem ait: Pessima hæc
Christianorum sectæ propugnat, quæ veneficis
suis vim tormentorū superat, gla. io feriatur. Hac
lata sententia virgo Christi, præ gaudio exultans
Creatori suo gratias egit. Ut autem ad locum cer-
taininis ventum est, cōtentio orandi spatio, horava-
na, ardenti spiritu Christi numen precata est: &
ecce antè quam cruentus carnifex gladium in vir-
gineam eius ceruicem vibraret, placidissime ani-
mam efflauit. Carnifex tamen ut sententiam Pro-
consulis exequeretur, sacrum eius caput præcidit,
ex quo pro sanguine lac in terram defluxit. Chris-
tiani autem cùm præstò essent, eius reliquias gem-
mis præstantiores sustulerunt, & præciosis vnguen-
tis ac linteis nouis inuolutas, in monumēntum
pud urbem Biblon sepelierunt.

VITA S. ANTONII OLISSIPONEN-
sis, professione Frāciscani. ex ea que extat apud Su-
rium. Migravit ex hac vita anno Domini 1231. Se-
quenii verò anno à Gregorio Nono Rom. Pont. accep-
tus est in numerum Sanctorum. | Olyssiponensis

Sententia
Volusiani
in cam.

Expirat nec
dum cœsa à
carnifice.

OLyssipone in regno Lusitanie templum est Iunij 13.
Virgini matri sacrum, in quo beati Vincen-
ti martyris sacrū corpus honorificē affer-
atur. Ad eius templi partem occiduam B. Anto- Patria S. AN-
nij parentes domicilium habuēre ipsi templi fo- tonij.
ribus valdē propinquum. Ibi natus Antonius (qui
in sacro fonte Ferdinandi nomen accepit) ab ipsis
incunabulis multa morum probitate ac vita inte-
gritate admirabili, optimorum parentum studia,
sedulo æmulatus est. Pater eius vir nobilis Alphōsi
regis miles, Martinus nomine, honoratus fuit. Ma-
ter eius Maria non infimo genere nata, virtutum Parentes
splendore, generis quoque claritatem superauit. eius

Vt autem puer rationis capax factus est, à paren-
tibus in ea, quam diximus, ecclesia literis traditus Traditus
est imbuendus, simulque Christi ministris, cuius e- literis.
rat futurus præco, ad omnem vitæ sanctitatem in-
formandus. Cùm verò accedentibus annis impro-
bos corporis motus spiritui acriter reluctatēs sen-
tiret, ne impotenti corū dominatu oppimeretur,
ad Augustinianorum monasteriū extra vrbis mu- Fit Canoni-
tos situm se contulit, vt ibidem apud viros specta- cus Regula-
tę religionis, quos Canonicos Regulares vocant, æ-
tatem fragilem à peccati illecebris tueretur. Igitur
dalcissimo pietatis studio capetus, spretis mudi ob-
lectamētis, in eodem vitæ instituto, Deo se ibidem
consecrauit. Sed cùm biennio illo, quo apud eos
mansit, cerebra amicorum visitatione, ab ardentio-
re celestium rerum meditatione, plurimum retar-
daretur, locum delerere decreuit: vt apud exteros
Dño trāquilliū & liberiū vacare posset. Impetra-
ta igitur à superiori recedēti copia non vitæ insti-
tutū sed locū mutauit, ad monasteriū S. Crucis de
Conimbrica zelō scuerioris disciplinae cōmigrans,

Cūta

**Reliquiae
martyrum
Franciscanorum**

Cum autem per id tempus sanctorum martyrum quinque Franciscanorum reliquias, dominus Petrus Infans serenissimi Lusitaniæ Regis filius primogenitus, Marochio adduxisset, & se illorum meritis à magnis periculis liberatum per omnes Hispaniæ prouincias diuulgasset: Christi seruus Fernandus, multo cœpit desiderio flagrare, instar ilorum, pro Christo hauriendi martyrij calicem. Itaque cum die nocteque intēta supplicatione Deum rogaret, ut mēti ipsius adspirare dignaretur, quod & illius voluntati gratiū & proximorum salutis utilius esset, tandem summo Abbatis sui consensu ad D. Francisci institutum transmigravit. Et quia parentum suorum molestias vehemēter formidabat, simul cum habitu nomen mutauit, ac deinceps Antonium se dici voluit.

Interea cum ardens martyrij scis magis magisq; eum extimularet, à fratribus ad Saracenos, proficiendi copiam postulauit. Qua impetrata celeriter se in viam dedit, sed præpotens Deus, qui eum plurimorum saluti seruabat, conatus eius vi morbi, qui eum in itinere inuasit, repressit. Qua re compulsus, vt affectam grauiter valetudinem curare, ad natale solum nauigare constituit: sed ventorum impulsu in Siciliam se delatum sensit.

Non longè tunc aberat dies, qui apud Assisium fratum omnium conuentu celeberrimus habetur. Id vbi Messana ex fratribus vir Dei resciuit, edilicit affecta valetudine profectus est. Eo autem conuentu soluto, cum ille, quem Ministruum dicunt, commissos sibi fratres ad loca sua remitteret, solus Antonius, vtpotè ignotus & pro homine nihil habitus, à nemine expetitus fuit. Itaque vir Dei Antonius Fratrem Gratianum (qui tunc Ministri officio in

**Filius Franci-
canus.**

**Nomen su-
um mutat.**

**Cupit apud
Saracenos
mori pro
Christo, sed
impeditur.**

**Ex Sicilia
venit Assisi-
um ad Ca-
pitulum ge-
niale.**

cio in AEmilia fungebatur) sedijt eumque supplex
rogavit ut ipsum in AEmiliam, disciplinis regula-
ribus illuc erudiendum perduceret. Gratianus eius
petitioni libenter assensus est, secumque eum in
AEmiliam abduxit: vbi venia impetrata, ad eremum Degit so-
Montis Pauli, quiete animi captare volens, secessit.
Perstinxit illic vir sanctus in precibus & vigilijs, ta-
taque inedia carnem maceravit, ut hora refectionis
ad fratres redditurus, nutante proximia imbecilli-
tate gressu seipsum interdum sustentare non posset.
Nec deerant illi crebrae demonum infestationes,
quas mirabiliter constantia, spei suae anchora in cale-
fibus solidissime defixa, elidebat.

Accidit interim ut fratres sacris Ordinibus ini-
tiandi ad forum Liuuij, quae est AEmilia ciuitas, con-
fuerent: inter quos cum Antonius adesset, & Min-
ister, instantie collationis hora, singulos uergeret, ut
salutis monita depromerent, & nulli recusarent, ius-
tit tamen Antonium, de cuius eruditione nihil com-
peti habebat, quicquid spiritus Dei fuggeret, in
medium proferre. Et certe cum tantus ille esset, ut
memoria pro codicibus veteretur, & mystici elo-
quij gratia mirè afflueret, peritior tamen apud fra-
tes habebatur abluendorum culinæ utensiliū, quam
scripturæ sancte mysteria explicadi. Verum enim
vicio cum ministri voluntati & omnium precibus pa-
recogeretur: primò quidē cum timore Dñi sim-
pliciter ad eos orsus est dicere, sed in orationis pro-
gressu tanto verborum splendore, tanta mysticarum
tentiarum altitudine usus est, ut oēs in summam
admiracione adducerentur: nec affirmare dubita-
tur, eiusmodi sermonē senunq; antehac audiuisse.
Non diu post huius rei fama ad aures Mini-
steri perlata, illius voluntate compulsus est rup-
erit.

Cefat dñs
scientiam
suam

Mittitur ad diuturno silentio in publicum prodire: & diuini concionan- verbi sata vbique disspargere. Igitur ex eremi cul-

dum... tore factus Dei præco, ad conciliandam proximo- rum salutem strenuē se contulit: eam in concioni- bus suis iustitię adhibēs æquitatem, vt siue magnis, siue paruis loqueretur, veritatis iaculis indifferen- ter omnes feriret. Qui iam ante passionis calicem siuerienter concupierat nulli mortis discrimini pro veritate cedebat: sed mirabili strenuitate etiā po- tentium tyrannidi se se opponebat. Videbatur qua- **Elias eius.** si alter quidam prodijse Elias zelo Dei feruens, qui ignitis sermonibus tepida auditōrum accende- bat corda. Personas quasdam sublimes reprehensi- one dignas, tanta nonnunquam severitate obiurgauit, vt plerique alij celebres concionatores ad in- trepidam illius constantiam et epidemicent, vultusq; suos quodam pusillanimitatis rubore perfusi obte- geret. Circumibat per vicos, castra, vrbes, & agros, & plurimos quotidiē ē fæcibus peccatorum ad fa- lutares pœnitentię fructus reuocabat. Arimini cū multos nefaria hæresi correptos inueniret, conu- **Boniullum
hereticum
conuicit.** cata concione, versuta eorum dogmata luculentē confutauit. In quibus Boniullū hæresiarcham tri- ginta annis errorum tenebris occècātum ad sanita- tem adduxit, effecitque vt ad mortem usque Eccle- siæ mandatis deuotus staret.

Postea vero, priuato quadam negotio urgente, a Ministro Ordinis Romam missus est: vbi ore tam **Area Testa-
mēti voca-
tur à Ponti-
fice.** fœcundo Scripturæ mysteria depromebat, vt Pon- tifex Maximus eum arcam Testamenti appellaret. Nec immerito à Pontifice hoc illi tributū fuit. In enim utriusque instrumenti paginas memorie pla- nè affixas habebat, vt instar Esdræ potuerit, si sacer- postulasset, omnes scripturas diuinias in integrum

& diuini
emi cul-
roximo-
oncioni-
magnis,
differen-
s calicem
mini pro-
e etiā po-
atur qua-
feruens,
accende-
prehensi-
obiurgi-
res ad in-
, vultus
fusi obre-
& agros,
um ad fa-
nini cùm
et, conuo-
aculenner
cham tri-
ad sanita-
que Ecclo-

de sua memória, etiam codicibus omnibus pro-
sis abolitis, restituere.
Mulca verò insignia Ordinis sui monasteria sci-
atia & lumine illustrauit. Cùm enim per id tempus
Ordo propter imperitiam apud plerosque in con-
tempu esset ipse, consentiente beatissimo Patre Primus p̄ta.
Francisco, primus omnium Bononiae Theologi- lector in
a facultate suis præfuit, & scripturas diuinias è ca- tuo Ordin-
cedra professus est. Cùm in ciuitate Podiensi, Gu- nēfuit.
diiani, vt vocant, ministerio fungeretur, erat illic
votarius quidam omniō lubricus, carni & mun-
to totus addictus. Eum vir Dei obuium sibi magna
solebat veneratione prosequi. Ille verò existimans Lubrico h̄o
eludibrio peti, eamq̄e venerationem in sui deri- mini præ-
sonem fieri, quodā die sanè exacerbatus dixit An- stat reuerentia
tian tan-
no: Profecto nisi diuinū tiumen reuererer istud quam futu- ro marty-
ridibru quo me affcis ego ferro in te vindicarem.
quid ita me ridiculum facis? At sic beatus: Equi-
libens, inquit, Deo me martyrem obtulisse, i
ego ea gloria dignus non sum. Tu verò præcla-
martyrij corona ornatus cælos concendes. Oro
aque, vt vbi ad martyrij agonem perteneris, mei
noque memor esse velis. Hoc audientis sit ille:
non multo pōst tempore Podiensis autistes Hie-
molyam profecturus notarium illum itineris
comitem habere meruit. Cumq̄ue episcopus ad
racenos frequenter concionem haberet, & frigi-
us Christi fidē propugnaret, notarius, instar Vin-
tij, facibus amoris diuini accēsus antistitem in-
spans, multo cuth feruore ipse Saracenorum im-
statem redarguit, & Mahumetem Satana filium
constanter afferuit. Qua hominitis libertate pa-
terque constantia irritati Saraceni, per triduum
is cum supplicijs excruciant: ac postremo mar- Verax eius
tyri, prophetia.
Hhh

tyrij palma insignitum ad celos transmittunt.

Porrò Antonius ut liberiū animarum saluti in-
cumberet, ab omni fratum regimine absolitus in
opus Euangelij totus destinatus est. Habuit autem
in conciōnibus tantam auditorum frequentiam, ut
ad patentes se se campis ex ecclesiarii ambitu trā-
ferre cōpulsus sit, quò ita demūn salutaris doctri-
næ pluia irrigaret sibi undos. Confluebat ex vici-
nis pagis, castris, urbibus innumera propè hominū
multitudo. Surgebant intempesta nocte, & alij-
lios nitabantur anteuertere: & qui in multam lu-
cem prius fērter consueuerant, absque villa mo-
lestia vel rādio conceonaturū vigiles expectabant.

O quot ille tum odia inexplicabilia & implacabili-
ta inimicitias ad pacem & concordiam renocauit.

Frustrus con- quām multos diuturna captiuitate miseros liber-
sonū eius. tati restituit, quot ille res, per usuram & nefariorum
vim alijs ereptas, restituendas curauit. Ceperunt
tum primū homines cateruatum se se verberando
& pia cantica deuotè depromendo procedere. At-
que ea consuetudo à tanto auctore profecta, de-
inceps suis est aucta incrementis, ita ut in omni-
bus ferè Italæ locis accuratissimè hodieque ob-
seruetur.

Fuit autem viri Dei id præcipuum semper, stu-
dium & conatus perpetuus, ut pestilētes heretico-
rum festas interneccione pānitū deleret. Tantā-
tem virtute fraudes & versutias eorum detegebat,
Et mollescit. tantisque viribus impios eorū conatus retundebat,
hereticorū. ut passim ab omnibus indefessus hereticorum mal-
leus diceretur. Nec fuit sine fructu labor viri Dei,
plerisque hereticis cum ipsorum fautoribus adre-
ritatis agnitionē & obedientiam S. Matris Eccle-
siue reuertentibus. Cum aliquando in partibus Tolosa-

sunt.
saluti in-
solutus in
autem
entiam, ve
bitu trā-
ris doctrī-
at ex vici-
e hominū
& alijz
ultam lu-
e vlla mo-
peētaban.
placabiles
reuoauit.
eros liber-
nefariam
Cooperun-
erberando
edere. At-
fecta, de-
t in omni-
dieque ob-
temper, fi-
s hæretico-
. Tantau-
detegebatur
etundebat
orum mal-
or viri Dei
ibus adve-
ris Ecclesi-
bus Tolosa-
nus

XIII. IVN I. 851

nis in hæresiarcham quendam insigniter perfidiosam
incidisset, qui veritatē corporis ac sanguinis Christi
in Eucharistia pernegasbat, multi eum rationi-
bus & varijs scripturæ locis ita pressit, ut plane vi-
tius veritati accedere cogeretur. Tandem vero post
multa & varia, per qua elabi nitebatur, argumenta
in hac verba prorupit: Omissa verborum conte-
tione ad res veniam s. Tu si miraculo testatum fa-
cere potes, verum corpus Christi in Eucharistia
contineri, omni perfidia abiurata, mox ceruices
meas Catholicæ fidei iugo submittam. Tum hære-
ticus lumentum quoddam triduana inedia inace-
ratum, in populi conspectum adduxit, & ex una
quidem parte pabulo in ei proposuit, ex altera ve-
to virum Dei cum sacro sancto illo pane consilere
voluit, atque: Si iumentum, posse habito pabulo
no, properauerit ad adorandum illum Deum tuum,
restra fidei decretis torus accedam. Assensit vir-
tudis & ingenti Catholicorum frequentia stipa-
tus, hæreticorum etiam caterua nequissima con-
currente, peractio Missæ sacrificio, cum corpore
Dominii foras egreditur. Tum imperato silentio,
bruto animanti, cum fiducia ait: In virtute & no-
mine Creatoris tui, quem manibus indignus gesto,
tibi præcipio, vt confessim huc accedas & eam,
quam par est, illi reverentiam exhibeas: ut hinc
verpicue intelligat hæreticorum peruersitas om-
nim creaturam suo creditori subditam esse, quem
ignitas sacerdotalis in altari contrectat. Necdum Insigni mi-
raculo, mu-
lus aorat
Eucharisti-
am

Chrifi seruus dicendi finē fecerat: & ecce iumentum
illud, neglecto pabulo, ad poplites vñq; submissio
nem accedit, & corā illo viuifco corporis Chri-
stii genu curuanit. Mox ingenti gadio
seruus Catholicæ, benedicunt Deū, & hæresiarcha,

Hhh 2 abiu-

852 VITA S. ANTONII OLYSSIPONEN.
abiurata coram omnibus perfidia, ex animo Ca-
tholice fidei nomen dedit.

Cum Patauij degeret vir Dei, Olyssipone duo
ciues inexpiabili odio laborantes, mutuo sibi ne-
cem machinabantur. Accidit autem ut alter alterius
filium hora vespertina per summam eradelita-
tem iugulare, & intempeste noctis silentio, in hor-
to parentum viri Dei facta souea sepeliret. Mane
facto cædis auctor & cadauer diligenter quæsum
est, ac tandem in horto Martini inuentum. Itaque
pater viri sancti cum tota familia in vincula con-
iectus, tanquam cædis rebus habitus est. Eius rei vi-
per spiritum Patauij certior factus est vir Dei, ea-
dem nocte magno miraculo Olyssiponem perdu-
ctus est: & proxima luce ad iudicem se conferent,
petiunt ut infantes e vinculis dimissos, domum abi-
re pateretur. Illo omnibus modis recusante, penitus
cadauer perempti pueri ad se adferri. Quo allato
iussit defunctum edicere num parentes cædis illius
rei essent. Res stupenda puer defunctus corpore se
erigens respondit illos cædis eius proflus concios
non esse. Mansit toto illo die cum parentibus suis
honorificè ab omni suspitione patratæ cædis absolu-
tis, & mane angelico ministerio Patauium redi-
ctus est. Neq; hoc solo miraculo sed alijs sanè plu-
timis admirandæ virtutis insignibus claruit.

In ultima vero ætate cum signis minimè dubiis
terminum vita appropinquare cerneret, ab homi-
num turbis planè recessit, & arcta se solitudine eo-
clusit, ut spiritum ab omni rerum terrenarum conta-
gione repurgaret, & sic demum letus ad cœlestia
regna tenderet. Cum autem leui infirmitate corre-
sisteret, sublatis sursum oculis Christus Iesum
sancti.

Obitus viri pius, eoque paulatim crescete, tandem ad extrema

videre

Defunctus
loquitur.

XV. IVNII. 853
videre meruit, eiusque conspectu mirificè exhalatus iunctis manibus psalmos, quos Pœnitentiales vocant, cum fratribus perlegit. Ideo quasi dimidia elapsa hora inter adstantium manus dormienti similis leniter exspirauit.

ILLUSTRE CERTAMEN VITI SAN-
ctissimi pueri, Modesti & Crescentie. ex eo quod est
apud Surium. Pari sunt anno Christi 303. Marcelli
Pape 7. Diocletiani & Maxim. 20.

Quo tempore Valerianus Praeses acerbissimā Iunij 19.
in Christianos persecutionem mouebat, Vi-
tus Hylæ nobilissimi viri filius, insigni reli-
gione & pietate adeò clarus extitit, vt ipsi dæmo-
nes publica voce admiranda ipsius merita fateren-
tur. Nam & cœcis visum diuina gratia conferebat,
& dæmonia, mirabili virtute, ex obsecsis corpori-
bus profligabat. Hec Valerianus ut rescivuit, patrem
pueri accersit, eumque sedulò monuit, vt si filium
saluum & incolunem veller, à Christi cultu ab-
duceret. Pater minis Praesidis vehementer exterriti-
tus, & de filij sui capite sollicitus, nullum non mo-
vit lapidem, vt filium sibi vnicū ab imminēti mor-
tis periculo eriperet. Fili dulcissime, dicebat, dis-
tum a Christo auctoritate
cede ab hac mentis tuæ stultitia, qua inani labore
mortuū hominem venerando confictaris, ne prin-
ceps pro suæ potestatis furore seniat in te, ad tui
perniciem & augmentum doloris mei. At Vitus æ-
tate quidem parvulus, sed mente canus: Utinam,
dicebat, mi pater, veritatis lumen intra mentis tuæ
generalia admittere velles, profectò tu mortuum
illum hominem, qui crucis suppliciū propter sce-
lera nostra voluntariè sustinuit, pari tecum vene-
ratione prosequereris: à cuius charitate, quod te
Hhh 3° certif.